



**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1611**

De Secunda imagine vitæ actiuæ, & contemplatiuæ. Cap. xv.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](#)

quidam magni medici ægrotant. Ipsi tolerant scissuras vulneris, & aliis proferant medicamenta sanitatis.] Non est magna, qua saltantes coram Domino, hoc est, contemplatiuos, rider, & humiles superba contemnit, quoniam nondum sciuat, se humilitate, oratione que iuuari, vt bona actione in Ecclesia fruificet. Nōdūrū sciuat, quia Dominus messis vult rogarī, vt mittat operarios in messem suā, & quia Maria Marthan adiuuat, quæ (vt ait Richardus Vistorius) diuinum adiutorium illi implorat, quia frustra laborē impenderet, plātaret, atque rigaret, nō Deus incrementum daret. Itas ergo paruulas, & incipientes principiū depinximus, vt à primordiis eorum, ad maiorem perfectionem pedentem procedamus.

*De secunda imagine vitæ actiua, & contemplatiua.*

C A P V T X V.

**S**ECUNDAM igitur harum vitarum imaginem consideremus, & si forte in ea aliquantulum adoleuerint, non parum utilitas nobis accedit. Altera ergo imago ex duabus vxoribus Elcanae conficitur. Habuit enim duas vxores, nomen vni Anna, & nomen secundæ Phenena. Elcana, religiosum, animas Domino generantem, & verbum Euangeliū administrantem significat: qui satis stultus erit, si Annam non diligat, & soli Phenennæ filios concipienti iungat. Anna typus est vita contemplatiua, Phenena vero imago vitæ actiua. In quam sententiā Dionysius Richelius: Quidam per duas vxores vitam actiuan, & cōtemplatiua intelligunt. Estque necesse in primis assumere vitam actiuan, exercendo se in actibus virtutum moralium, in luctu, & labore penitentiæ salutaris, in exterioribus misericordiæ operibus, & ita per vitam istam tamquam per ianuam ad vitam ingredi contemplatiuum. ] Et nomina ipsa hoc mysterium præferunt. Nam Anna, quæ (vt ait Beda venerabilis) gratia, vel respondens, vel donis, interpretatur, quid aptius exprimet, quam vitam in cōtemplatione possum? Hec enim tota gratiola, & pulchra est, atque ut quotidie pulchrior sit. Domino loquenti respondebit, & tota illi absque timore se donat. Nequaquam ab spôlo vocata, ait: Expoliavi me tunica mea, quod modo induar illa? Laii pedes meos, quomodo inquinabo illos?] Neque excusationes non surgendi prætendit, sed statim sine mora pessulum otij sui aperit dilectio suo, vt eius vestigia imitando, sequatur, & nihil sibi reseruando, omnia quæ habet, cogitationes, affectus, opera, ci, quæ diligit, magna voluntate committat. Phenena vero, quæ (vt idem sanctus Doctor ait) conuersa, sed cōuersio dicitur, quid commodius, quam vitam actiuan repreäsentabit, cuius opus est, mentem à vitiis, & peccatis auellere, & ad Dominū ministerio virtutum, & honorum operum reuocare? Egregiè enim Bernardus, spiritualem vitam describens, sic ait, Prudenter proinde, fratres, & non ad insipientiam nobis. spiritualem elegimus vitam, castitati scilicet corpus, & seruituti subiictere, & Deum, qui spiritus est, adorare in spiritu, & veritate.] Ut ex his verbis nos, vitæ actiua tribuamus subiectionem sensualitatis id est, morum cōversionem, & cōtemplatiua Dei adorationē assignari discamus. Proprietates quoque, & actiones vtriusque feminæ hoc, quod altrius, magis declarant. Nam fuerūt Phenenna filii (inquit Scriptura) Anna autem nō erant liberi. ] Sic cōtemplatiua vita hominum conspectum

Luc. 10.  
2.  
Richardis  
cant. c. 8.

1. Reg. 1.  
2.

Dionys. in  
1. Reg. in  
c. 1. ad 2.

Beda in  
expos. non.  
Hebre.

Cant. 3.

Beda ibi-  
dem.

Bern. ser.  
de septem  
spiritibus.

1. Reg. 1.  
2.

A fugiens, & tota Deo inhærente contendens, iteris, minūsque fructuosa imperita multitudini apparet. Actiua vero, dū vniuersis se offert, & in proximum viuum, vtilitatemque laborat, vtilior, & fecundior iudicatur. Nec mirum est, si homines ita iudicet, vident enim contemplatiuos amare silentium, amplecti soliditudinem, fugere turbas, vitare pia etiā opera misericordiae, & charitatis. Considerant autem actiuios verba exhortatoria profidere, ciuitates incole, turbas populorū frequentare, & pietatis, ac charitatis operibus distinxerit, quibus animarū salus perficitur. Cum vero homines videant in facie, hoc est, exteriora considerent, Deus autem solus intrucetur cor, inde est, quod istos fecundos, & Ecclesiæ proficuos putent, illis vero infecundos, & minus proximi fructuoso existent.

Quid moror? De illis mulieribus scriptum est. Affligebat quoque cā, scilicet Annam, emula eius, nempe Phenennæ, & vehementer angebat, in tātum, vt exprobareret, quod Dominus conclusisset vulnū eius. ] Et similiter (vt inquit Dionysius) quidam actiui, contemplatiua tamquā otiosi, & inutilibus obloqui solent. Sed inepte fatus Phenenna se iactat, & tamquā multorum filiorum mater de fecunditate gloriatur. Imò ineptissime Annam contemnit, quasi filios minimè generatē. Quia veniet tempus, & non longè est, cum hæc sterilis filiū generabit, qui omnes Phenennæ filios, tum virtutis merito superet, tum dignitatis gloria præcellat. Deinde sterilis peperit plurimos, hoc est, vnum (vt exponit Euthymius) qui plurimis præstitit, & quæ multos habebat filios, infirmata est. Sic non minus inepte actiui, aliquando contemplatiui insultant, cōique despiciunt quasi inutiles, & minus sanctæ Ecclesiæ fructuosos. Hæc sane magna cæcitas est, dæmonis fraudibus plena, ad pacem religiosorum turbandam, & vinculum dilectionis rumpendum. Non sola actiua vita filios spirituales generat, non hæc sola est Ecclesiæ proficia, imò sœpe actiua videatur parete, & proximos ad bonam frugem cōverte, sed re vera cōtemplatiua est, quæ peperit, & animas à peccatis liberavit, & in Dei amicitia euexit. Hæc enim spiritualium filiorum generatio, nō tam à verbis, quā à gemibus, non tam ab eloquétia, quā ab oratione dependet. Vnde Paulus Colossibus scribens, ait: Orationi instat, vigilat̄ in ea integrarum actione. Orantes simul, & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi.] Contemplatiua autem vita est, quæ gemit, quæ orat, quæ ostium apertum, hoc est, corda audiencium mollia, ad recipiendum verbum Dei (sic quippe interpretatur Chrysostomus) à Domino impletur. Hæc igitur haud quaquā est iteris, sed primo loco filios generat spirituales.

E Non dubium, quin puris actiuis, qui multam laborant, & nihil orant, qui multum loquuntur, & nihil cum affectu considerant, in die postremo illud euenerit quod perdici ait astutæ succedit, de qua hec scribit Ambrosius. Perdicem astutā, quæ aliena oua diripit, hoc est, perdicis alterius, & corpore foueat suo, sed fraudis sua fructum habete non posse, quia cūm eduxerit pullos suos, amittit eos, quia vbi vocē ei audierint, quæ oua generauit, relicta ea, ad illā se naturali quodā munere, & amore cōseruit quam verā sibi matrem ouoru generatione cōgouerint: significat hanc nutritiæ fungi officio, illā patetis. Sic itaque incasū proprios sūdit labores, ac fraudis sue pretio multatatur. Vnde Hieremias ait: Clamauit perdidit, & cōgregauit, quæ nō peperit, id est, oua cōgregauit, & clamauit quasi ouas sua frandis affectu. Sed

Dionys.  
ibidem.

1. Reg. 2.  
5.

Coloff. 4.  
2.

Chrys. h̄  
10. ad  
Coloff.

Amb. 6.  
hexam.  
6. 5.

Hier. 17.  
11.

Iustitiam operam, quia impenso labore alij educat, quos ipsa diuturno fœtu sedulitatis animauerit. Hoc, inquam, nimis actui experientur, qui non claritate succensi, sed iactantia inflati, spiritualibus animarū ministeriis vacant, & Dei verbum semināt, atque in magna populorum frequentia concionantur. Modò sibi spirituales filios attribuunt, & tamquā proprios fetus asciſcunt, non contradicentibus veris parentibus, qui scilicet multūm fleuerunt, multūm orauerunt, multūm pro animarum salute ad Dominum clamauerunt. Sed veniet tempus, cū Deus veritatem patefaciet; quādo nimirū anima à peccatis erupta, religiosum laicum charitate feruentem, licet in tenebriscola popina commorātē, qui multūm orauit, & non superbum, ac ambitionis prædicatorem, qui multūm vociferatus est, patrē agnoscēt. Tunc religiosi idiota anima admirās, & stupēs non sine exultatione illud Isaiae dicet in corde suo. Quis genuit mihi istos? Ego steriles, & non paries, transmigrata, & captiuā: & istos quis enutrīvit? Ego destituta, & sola, & isti vbi hīc erant? Et accipiet diuinum responsum: Quia orationes tuas, & lachrymæ tuas, quas pro animarū cōuersione fundebas, te istorum matrem fecerunt, quos literatus arrogans, nec Dominum rogans, & solo verbo & ostentatione laborans, sibi in filios arrogauerat. Non itaque vita contemplatiua sterilis est, sed potius spiritualis fecunditatis origo, quam oportet, ut veram matrem animarum sulpiceret, non vt inutilē, atque infecundam aspernari.

Sed quo ordine Anna filium Samuelē generit, & qua via tam nobilem natū habuerit, internis auribus audiamus; & qua ratione vita contemplatiua filios gignat, attēcē consideremus, ut rixas istas inter actius, & contemplatiuos ablegātes, iam diu optatam pacem inter illos componamus. Anna propriā sterilitatem considerans, præ tristitia flet, & nō capit cibum, neque aliquam cōsolationem admittit. Et similiter anima contemplatiua, illius sententia Salomonis oblitera, Quia omnia tempus habent, & suis spatiis transeunt vniuerla sub caelo, ] sua infecunditatis causa tabescit, & filiorum absentia, ac dilatatione tristatur. Qui māror adēcē solet animam nūnus sapiētem obruere, ut iam bono zelo in actiones externas effusa possit dicere: Mei autem penē moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, ] ut secretū orationis deferam, & totum spiritum sine discretione profundam. Quid tristaris anima, quid tristaris, quasi iam omnino ad filios spirituales generandos inepta? Adhuc paruula es, adhuc tenera, & minus ad concipiendum idonea. Cogita, quia omnia tempus habent, & prius debes virtutibus adolescēre, & ad perfectionem spiritualis atatis peruenire, quā filios Deo generes, & aliorum mater appelleras. Aduerte animo, quia nunc in principio cōuersiois tua, tempus est nascendi, ] & ad diuinum amorem perueniendi, & postea erit tempus moriendi ] pro fratribus, ita ut cum Paulo possis dicere. Quotidie motor per vestrā gloriā, fratres. Nunc tempus est plātandi ] ac in te ipsa virtutes inferendis, postea erit tempus euellendi ] de cordibus aliorum, quod perferam à veterano hoste plantatum est. Nūc tempus occidendi, ut scilicet inordinatum tui amorem extinguis, & in matutino interficias omnes peccatores terræ, ] & deinde erit tempus sanādi, ] cū apta eris aliorum vulneribus mederi, & verbo doctrinæ infirmi mentibus curationem afferre. Nunc tempus destruendi ] quā male in saeculo adificaueras, & postmodum erit tempus adificandi] cū opes aggregaveris, quibus valeas virtutum arcē in aliis extruere.

Iust. 49.  
21.

Ecclesiast. 3.  
1.

Psal. 72.  
2.

Ecclesiast. 3.  
2.  
5. Cor. 15.  
3.

Psal. 109.  
8.

A Nunc tempus flendi] propria delicta, & postmodum erit tempus ridendi] atque gaudendi de impiorum à te facta cōuersione. Quia de prædicatoribus scriptū est: Eentes ibant, & flebant mitentes semina sua, venientes autem venient cū exultatione, portantes manipulos suos. Nunc tempus plangendi ] propter propria mala, & deinde erit tempus saltandi ] ex deuotionis affectu propter fratrum bona. Nūc tempus colligendi lapides, ] & parandi armis necessaria ad prælium, ac in posterum erit tempus dispergēdi eos, ] & infigendi in fronte Philistei. Nunc tempus amplexandi] sponsum qui pascitur inter lilia, ] ac deinceps erit tempus lōge fieri ab amplexibus] cū charitatis dono perfecta dicas cum Paulo: Optabā ego ipsa anathema esse a Christo pro fratribus meis. ] B Nunc tempus acquirendi] dona, quae postea distribuas, & deinde erit tempus perdendī te ipsam, hoc est, laborandi, & affligendi, ut lucrum animarum requiras. Nunc tempus custodiendi] arcem mētis tuę, & postea erit tempus abiiciendi] ex parte curam tuę, ut aliorum quoque curam admittas. Nunc tempus scindendi] cor tuum, & peccatorum dolor mollieri, ac deinde erit tempus confundi, ] hoc est, in bonum proximorum conficiendi sermonem ex sententiis scripturarum. Nunc tempus tacendi, ] & postea tempus loquendi. ] Quia (vt inquit Hugo) prius per silentum tempore tacendi discitur, quod postea per verbū tempore loquēti preferatur. ] Denique nūc tempus dilectionis Dei, & tempus belli aduersus ea quae huic dilectioni obsistunt, & in posterum erit tempus exercendi odij aduersus ea, quae tuus dilectus odis, & tempus, inter occupationes, quietis & pacis. Omnia tempus habent, ] & periculosum est in ipso spiritualis vita tyrocinio cupere iam matrem esse, & filios velle, quasi esses robusta, generare. Hoc ante tempus fructificandi desiderium, astus dæmonis est, vi homo proximis nihil proficiens, sibi plutūm oblitus: Quem Laurentius Iustinianus his verbis egregie describit. Hortatur etiam (& quidem de diabolo loquitur) ad prædicaciones, ad saecularium cōuersationem, & ad viorum mulierūque indistinctam collocationem, illud Apostoli commemorans. Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifaciam. ] In his omnibus latent fraudes, & inimicorum laquei formidabiles, quibus capiuntur, qui carent prudētia, & elatum habent cor. O quot, qui iam inter astris nidos suos collocasse credebantur, occasione fraterna charitatis, in lutum carnalis concupiscentiæ, turpiter corruerunt: Quot temporibus nostris fuerunt, & sunt, qui tanquam ardentes lampades, & mundi lumina lucebant coram hominibus, paupētum ex frequenti saecularium conuersatione, & confabulatione tepefacti, ad pristina opera saecularia vitæ, miserabiliter redierunt: Quād multos quotidie intueri possumus, qui donec in humili statu, & sub obedientiæ disciplina persistenter, in mētis puritate, cordis celitudine, & virtutis perfectiōne se custodierunt, sed post adeptam dignitatem, post assumptum pastorale officium, propter inflatos honores, & nimias occupationes, oblitū quales fuerant, ad ima miserabiliter descenderunt. ] Si haec ita sunt, mirum est, o anima, quod tam cito pre dolore, & tristitia defleas, quia filios sponsi non concipias, & magis mirabile est, quod tuos defectus non videas, imbecillitatem non sentias, & propriam perfectionem non cures, ut possis deinceps aliis proficer, & filios spirituales generare?

Sed si haec pericula proposuisse non sufficit, consolatur Helcana Annam dilectam vxorē suam, atque illius verbis consolatur Dominus hanc animam, nō

p. 125.  
6.

Cat. 6. 3  
Rom. 9. 3.

Hugo, lib.  
de mīst.  
mūnit. c.  
12.

Laur.  
i u. lib. do  
di cip. &  
perfec.  
monas. c.  
1. Cor. 9.  
2. 2.

vt in

<sup>1. Reg. 1.</sup> <sup>2.</sup> <sup>vit in perpetuum infecūdam derelinquat, sed vt in-</sup>  
<sup>terim, dum tempus est, lātā, & quietam reddat. Di-</sup>  
<sup>cit itaque illi: Anna cur fles? & quare non comedis?</sup>  
<sup>& quamobrem affligitur cor tuum? Numquid non</sup>  
<sup>ego melior tibi sum, quām decem filij? O efficax ani-</sup>  
<sup>māe consolatio! Nam si Deum possidet, si eius con-</sup>  
<sup>specū gaudet, si sponsi amore, atque alloquo per-</sup>  
<sup>fruitur, nō est cur ex absentiā filiorum se tristitia, &</sup>  
<sup>meriore cōficit. Non solum quia melius est Deum,</sup>  
<sup>salutem utique, & vitā animā possidere, quām sine</sup>  
<sup>possessione Dei, in animo tepido, & propriā salutis</sup>  
<sup>oblito dēcē, imō, & innumerōs filios generare. Nam</sup>  
<sup>quid prodest homini si vniuersum mundum lucre-</sup>  
<sup>tur, animā vero suā detrimentum patiatur? Verū</sup>  
<sup>etiam, quia anima Deum possidens, & intellectu, at-</sup>  
<sup>que affectu iugiter sua creatori inhārens, sine dubio</sup>  
<sup>non erit sterlīs, sed aut rationis efficacia, aut sancti-</sup>  
<sup>tatis exemplo, aut (si ad id vocata sit) doctriṇā verbo</sup>  
<sup>filios edet, liberis Phenēnā, hoc est, animā tepida,</sup>  
<sup>atque distractā, potiores. Iam ergo hac consolatio-</sup>  
<sup>ne animata, faciat, quod Anna, & speret in Domino,</sup>  
<sup>quia cum minūs putauerit, filios ex spōso cōcipiet.</sup>

Quidnam fecit Anna? Prīmō quidē surrexit, post-  
<sup>quam comedērat, & biberat in Silo. Comedat igitur</sup>  
<sup>& virtutum pane se reficiat, bibat, & aqua compunctionis</sup>  
<sup>se saciat, imō & vino doloris peccatorum se</sup>  
<sup>inebriat. Nec timeat obiurgationem Heli, tepidi sa-</sup>  
<sup>cerdotis, qui cōsiderauit eam temulentam, & dixit:</sup>  
<sup>Visque ebria eris: digere paulisper vinū, quo ma-</sup>  
<sup>des.] Hanc, inquam, reprehensionē non timeat, quia hāc ebrietā ex vino cōpunctionis procedens, summa sobrietas est, & vetē se poterit excusare. Nequā-</sup>  
<sup>quā, Domine mi, nā anima infelix nimis ego sum, vinūq; delectationis mundanā, & omne quod in-  
<sup>ebriare poteat, non bibi, sed effudi animā meā in</sup>  
<sup>conspicū Domini.) Deinde hoc pane, & vino refe-</sup>  
<sup>cta, surgat, mundana deflerens, & creaturā affectus,</sup>  
<sup>& cogitationes abiiciens, ingrediatur templū cordis</sup>  
<sup>sui, & ore ad Dominum fles largiter, & ex multitudine doloris, ac māroris, ita loquatur. Domine exer-  
<sup>citūmus, si respiciens videris afflictionē famula tuā,</sup>  
<sup>& recordatus mei fueris, nec oblitus ancillā tuā, de-  
<sup>risque seruā tua sexum virilem, frustrā scilicet</sup>  
<sup>animarum, quā verē & ex animo se ad vitā virtutis</sup>  
<sup>conuertant: Dabo eum Domino omnibus diebus vi-  
<sup>ta eius.) Neque hunc filium meis viribus, aut labori</sup>  
<sup>ascrībam: Notacula, inquam, non ascēdet super cap-</sup>  
<sup>ut eius, quia opus huiusmodi ad inanem gloriā non</sup>  
<sup>referam. Hac oratione, zelo animarum accēfa se fieri</sup>  
<sup>filiorum matrem, & proximorum adiutricē effla-</sup>  
<sup>gitet. Recordabitur profēcētō eius Dominus, & post</sup>  
<sup>circulum dierum, cūm scilicet iam erit tempus con-  
<sup>cipiendi, & pariendi (nam omnia tempus habent)</sup>  
<sup>concipt ex spōso verbum efficax, & validum, &</sup>  
<sup>pariet filium, vocabitque nomen eius Samuel, eo</sup>  
<sup>quōd à Domino postulāset eum.) Quidnam hoc,</sup>  
<sup>quōd ista anima vocat filium Samuelē, id est, postu-</sup>  
<sup>latum, vel positum à Deo: Nisi quōd verbum suum</sup>  
<sup>implens, & debitam fidelitatem Deo seruans, fructū</sup>  
<sup>animarum, non sibi tribuit, sed Deo intentione sin-</sup>  
<sup>cerissima ascribit: Vocat enim cum postulatum, quia</sup>  
<sup>non industria tantum sua eum genuit, sed à Domino</sup>  
<sup>orando, flendo, & postulando promeruit.</sup></sup></sup></sup></sup></sup>

Hāc igitur duæ vxores Helcanā, duas vitas, actiūā, & contemplatiūam, iam aliquantulum proficiētes, nondum tamen perfectas, significant. Proficiētes quidē, quia illa generat filios, & non sine fructu, & animarum emolumento laborat: hāc verē gemit, & talis est, vt filium à Deo impetrēt, & sociā conuicta sine indignatione sustineat. Sed nōdū perfecta sunt:

A quia actiūā, suo labore extero, & nō anōri interno, nec precibus, proximorum salutem arrogat, & contemplatiūa, nec dum sāculo mortua est, siquidē aliorum obmurmurationib⁹ impedita, non æquani mīter sustinet, sed præ tristitia dolet, & ingemiscit. Hoc tamen non mirum esse alicui debet, quia omnia tēpus habent. Veniet sane tempus cum iniuriarū nullam rationem habebit, cūm sp̄ diuinæ promissionis erēta & cœleſtib⁹ consolationib⁹ satiata, optimè in illam quadribat. Et vultus illius non sunt amplius in diuersa mutati: illa namque vñiformitas vultū, non se amplius in diuersa mutantur (vt Rupertus ait) nihil aliud est, quām identitas cogitationum, & valde intenta earundem perseverantia precum. Hęc facit, vt & iniurias imperfectorum contemnat, & obmurmurations in se iphis confidentium irrideat.

<sup>1. Reg. 1.</sup>  
<sup>18.</sup>  
<sup>Ruper. 3.</sup>  
<sup>in cant. n.</sup>  
<sup>illud c. 4.</sup>  
<sup>Valvera-</sup>  
<sup>bis cor</sup>  
<sup>meum,</sup>  
<sup>&c.</sup>

### De tertia imagine vita actiūā, &

#### contemplatiūa.

#### CAPVT XVI.

**E**ERTIA imago vita actiūā, ex duabus vxoribus Iacob, filiab⁹ ſequiſe Labā, Lia, & Rachele, defumitur. Habebat enim Labā, vt ſacra narrat Historia, duas filias, nomen maioriſ Lia, minor vero appellabatur Rachel: sed Lia lippis erat oculis: Rachel decora facie, & veniuto aspectu. ] Iltarum illa prior, qua laboriosa vel fatigatam ſonat, vitā in actione poſitam innuit. Nam, & labor in actione eſt, & qui curarū onore premitur, moleſtiis, & ſollicitudinibus fatigatur. Hāc verē, qua ouem, vel paſce-tem, vel viſum principium ſignificat (vt placuit Beatiſsimi Cyprīaco, & Gregorio) vitam prefert in contemplatione conſtitutam. Nam ſicut ouis māſueta, ſimplicitate gaudet, caleti doctrina paſcitur, atque verbi diuini cōſideratione perſtruitur. Quod hiſ verbiſ docuit Gregorius. Has viſasque (ſcilicet viſas) ſi ut & ante nos dictum eſt, duæ beati Iacob mulieres ſignauerunt. Lia videlicet, & Rachel. Lia quippe in-interpretatur laboriosa, Rachel verē, ouis, vel viſum principium. Actiūā autē vita laboriosa eſt, quia deſudat in opere, cōtemplatiūa verē ſimplex, ad ſolum viſedū principium anhelat, videlicet iſum qui ait: Ego ſum principiū, propter quod, & loquor vobis.] Licet autem dixerimus vitam cōtemplatiūā, tem- pore, & dignitate eſſe maiorem, non mirum, ſi nūc actiūā per Liam maiorem ſororem, & cōtemplatiūa per Rachelem minorem ſignetur; quia poſt humani generis laſpūm, vita actioni dedita in quocumq; viro iusto maior, id eſt prior eſt, quām vita cōtemplatiūa diuiniſ addiēta. Vnde reſtē Beda: Prier eſt in eruditōne hominis labore boni operis, quām requies contemplationis. Seruuit Iacob pro Rachele ſeptem annis nulla facta mētione Lia, qui pauci illi videbātur, præ amoris magnitudine. Quia licet vir iustus opera iuſtitiae diligat, & occupationes vitę actiūā nō reſpuat, non tamē hāc propter femiſiplam expedit, ſed beneficio illius ad puritatē animi, ad quietem mentis, & ad Dei contemplationem venire cōcupi-cit. Nec mirum eſt, quōd ingens labore pro coniugio huius vitę ſuceptus, leuis, & nullius momēti videa-tar, quia amor vehemens, quo iustus Dei cōtemplationem, id eſt, verā ſapientiam amplectitur, aſſum laboris temperat, & ſenſum moleſtie occurrentis euacuat. Quid miraris ( inquit Richardus de Sancto Victore) ſecundum magnitudinem pulchritudinis, erat magnitudo dilectionis. Certe, ſi in laude ſapiētiae aliquid tentare voluerō, minus erit quātūcumq;

<sup>Gene. 29.</sup>  
<sup>16.</sup>

<sup>Cyp. de</sup>  
<sup>card. ope.</sup>  
<sup>Chri. in</sup>  
<sup>prefat.</sup>

<sup>Greg. bō.</sup>  
<sup>14. in E-</sup>  
<sup>zach.</sup>

<sup>Ioan. 8.</sup>  
<sup>25.</sup>

<sup>Beda in</sup>  
<sup>Genes. 29.</sup>

<sup>Richar.</sup>  
<sup>Bentam.</sup>  
<sup>zach. c. 1.</sup>